

IUSTI LIPSI
DISPVNCTIO
NOTARVM
MIRANDVLANI CODICIS
A D
COR. TACITVM.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

CLC. LCCII.
Cum Privilegiis Casarce & Regio.

ILL^{MO} ET EXCELL^{MO}

PRINCIPALI

CAROLO

DUCHERONIO ET ARSCHOTANO,

PRINCIPALI S. IMPERII,

EQVITI AVREI VELLERIS.



Thunc libellum, ILLV-

STRISIME PRIN-

CEPS, audeo ad te mit-

tere? audebo. non

quia ipse magnitudi-

ne tuâ dignus, sed

quia Tacitus, cui labor hic facit. Homo

ab Italiâ proteruus me petiuit, imò per

meum latus ipsum Tacitum: scripto-

rem illum, vobis Principibus proprium,

& velut consecratum. Iniuriâ affecit

deprauando: vindicem iterum me sen-

* 2 sit:

21

I V S T I L I P S I
 D I S P V N C T I O N O T A R V M
 M I R A N D V L A N I C O D I C I S
 A D C O R. T A C I T V M.



V I D I M V S librum, siue libellum tuum, Luci, auidè (fatebor hoc) expectatum. Titulus inducebat, NOTÆ IN CORN. TACITVM E MANVSRIPTO CODICE MIRANDVLANO. Amamus, vt scis, auctorem illum, benè ei fecimus: & amamus hoc quoque, vt alij: eoq̄ue, vt dixi, auidè expectabamus. Quid autem nisi mira, è *Mirandulano codice*; magna à *ciue Romano*? sed fefellisti nos, vt rem dicam, & verbo veteri, *Thesaurus cineres fuère*. Triatu attulisti tantùm, Fraudem, Liuorem, Inscitiam: & substringe aurem breuiter hoc ac liberè docturo. Siquid non ad gratiam aut gustulum tuum erit, sustine & tolera: vel Euripide monente,

— ἐπεὶ τὰ μὴ καλά
 Πράοσιεν ἐτόλμας, τλήθι καὶ τὰ μὴ φίλα.

quoniam non bona Prætere es ausus, non amicitia ferre.



Præfatione tuâ ordiar: id est, calumniarum & conuicioꝝ campo. Primò vniuersè in Criticos:

- „ Ita planè est, vt Titianus noster dicebat, immani
- „ paucorum, qui se Criticos dicunt, licentiâ eò ventum,
- „ vt si Latine lingue auctores reduces audire daretur, que verè
- „ sunt sua, adeò pro cuiuslibet libidine mutilata, sublata, mutata,
- „ addita inuenturos, vt nullâ ratione pro suis agnitori sint.

Censoria tua verba! quibus nos tamen in parte subsignamus.

A Quis